

A tantæ beatitudo tua credat ineptiæ, vt nō inspiciam quātis & q̄ ingentib⁹ voluminibus opus sit, vt possint ista dissolui. Verū hoc ego fieri nō expeto: id em̄ multiplicit̄ factū esse nō dubito. Et tanq̄ consiliū subijciens, quomodo possit & seruari breuitas, & veritas pandi, adiūgis ea verba quæ pauloante iam posui, & dicis, Sed breuiter, perstrictē, atq; summam, & opinionones rogo cuiuslibet hæresis poni: & qd̄ contra teneat Ecclesia catholica, q̄tū instructioni satis est subdi. Ecce iterū mittis in longū, non qd̄ dici ista breuiter siue non valeat, siue nō debeat: sed qd̄ tam multa sunt, vt qualibet breuiter dicēda, multas literas flagitent: tu autē, vt velut quodā, inq; ex oibus concepto cōmonitorio, si q̄s aliqua obiectiōne aut conuictiōne vberius, plenius, ac plani⁹ nosse voluerit, ad opulenta & magnifica volumina transmittatur, q̄b⁹ à diuersis, & præcipue, inq; à veneratione tua in hoc ipso cōstat esse elaboratū. Quæ cū dicis, vnū quasi cōmonitoriū de his oibus te desiderare significas. Audi ergo vnde cōmonearis, quid petas. Opiniones omnium Philosophorū, qui sectas varias cōdicēda, vsq; ad tempora sua, neq; em̄ plus poterat, lex nō paruis voluminibus quidā Celsus absolutū. Nec redarguit aliquē, sed tantum quid sentiant aperuit, ea breuitate sermonis, vt

Celsus.

B tantū adhiberet eloquij, quantū rei nec laudāda nec vituperāda, nec affirmāda aut defendēda, sed apeririēda indicāda q̄ sufficeret, cum ferme centū Philosophos nominasset: quorum nō omnes insituerunt hæreses pprias: qm̄ nec illos tacēdos putauit, q̄ suos magistros sine vlla dissensione secuti sunt. Noster vero Epiphani⁹ Cyprius Ep̄s, ab hinc non lōge humanis reb⁹ exēptus, de octoginta hæresib⁹ loquēs, sex libros etiā cōscripsit, historica narratione cōmemorās oīa, nulla d̄sputatione aduersus falsitatē pro veritate decertās. Breues sanē sunt libelli, & si in vnū libellū redigātur, nec ipse erit nostris vel aliorū q̄busdā libris longitudine comparādus. Huius breuitatē si fuero in cōmemorādis hæresib⁹ imitatus, quid à me breuius postulare vel expectare debeas, nō habebis. Sed non tibi hui⁹ mei laboris summa cōsistit, qd̄ & tibi, vel me demonstrāte, vel etiā te præcurrēte poterit apparere, cum hoc fecero. Videbis em̄ in eo, qd̄ supradict⁹ Ep̄s dicit, q̄tū desit op̄i qd̄ ipse vis fieri, q̄to magis qd̄ ego? Tu nāq; q̄uis breuiter, perstrictē atq; summam, tamen vis etiā respōden cōmemoratis hæresib⁹, qd̄ ille non fecit. Ego vero hoc magis volo facere, si & deus velit, vnde possit oīs hæresis, & quæ nota est, & quæ **C** ignota, vitari: & vnde recte possit quecūq; innouerit, iudicari. Non em̄ oīs error hæresis est, q̄uis oīs hæresis, que in vitio ponitur, nisi errore aliquo heresis esse non possit. Quid ergo faciat hereticū, regulari quadā definitione cōprehēdi, sicut ego existimo, aut oīno nō potest, aut difficillime potest: qd̄ in p̄cessu hui⁹ operis declarabit, si deus rexerit, ad qd̄ id qd̄ intēdo perduxerit d̄sputationē m̄a. Quid autē profit ipsa inquisitione, etiā si nō potuerimus cōprehēdere, quomodo sit definiēdus hæretic⁹, suo loco vidēdi atq; dicēdum est: nā si hoc cōprehēdi potuerit, quis nō videat vtilitas quāta sit? Erunt ergo primæ partes opis huius de hæresibus, quæ post Christi aduentū atq; ascēsum aduersus doctrinā ipsius extiterūt, & vtiq; nobis innotescere poterūt. In posterioribus autē partibus, qd̄ faciat hæreticum, d̄sputabitur. Cum ergo dñs ascēdisset in cœlum, hi hæretici exorti sunt.

† dispositiōnem.

- 1 Simoniani.
- 2 Menandriani.
- 3 Saturniniani.
- 4 Basilidiani.
- 5 Nicolaitæ.
- 6 Gnostici.
- 7 Carpocratiani.

Tomus sextus.

- 8 Cerinthiani, vel Merinthiani.
- 9 Nazaræi.
- 10 Hebionæi.
- 11 Valentiniiani.
- 12 Secundiani.
- 13 Ptolemæi.
- 14 Marcitæ.
- 15 Colarbasij.
- 16 Heracleonitæ.
- 17 Ophitæ.
- 18 Caiani, als Caini.
- 19 Sethiani.
- 20 Archontici.
- 21 Cerdoniani.
- 22 Marcionitæ.
- 23 Apellitæ.
- 24 Seueriani.
- 25 Taciiani.
- 26 Cataphryges.
- 27 Pepuziani, als Quintilliani.
- 28 Artotyritæ.
- 29 Tessalæcædecitæ.
- 30 Alogiani, als Alogi.
- 31 Aditæ, als Adamiani.
- 32 Elcefeitæ, & Samsseitæ.
- 33 Theodotij, als Theodotiani.
- 34 Melchisedechitæ, als Melchisedeciani.
- 35 Bardehanitæ, als Bardehanistæ.
- 36 Noëtiani.
- 37 Valelij.
- 38 Cartharce, qui & Nouatiani.
- 39 Angelici.
- 40 Apostolici.
- 41 Sabelliani.
- 42 Origenistæ, als Origeniani.
- 43 Alij Origenistæ vel Origeniani.
- 44 Paulonitæ, als Pauliani.
- 45 Photiniani, als Photiniani.
- 46 Manichæi.
- 47 Hierarchitæ vel Heraclitæ.
- 48 Melitiani.
- 49 Arriani.
- 50 Vadiani sive Anthropomorphitæ.
- 51 Semiarriani.
- 52 Macedoniani.
- 53 Aëriani.
- 54 Actiani, qui & Eunomiani.
- 55 Apollinaristæ.
- 56 Antidicomarianitæ vel Antidicomaritæ.
- 57 Plalliani, siue Euchtæ.
- 58 Metangilmonitæ.
- 59 Seleuciani vel Hermiani.
- 60 Proclianitæ.
- 61 Patriciani.
- 62 Ascitæ.
- 63 Pattalorinchitæ.
- 64 Aquarij.
- 65 Coluthiani, als Colathiani.
- 66 Floriniani.
- 67 De mundi statu dissentientes.
- 68 Nudis pedibus ambulantes.
- 69 Donatistæ, siue Donatiani.
- 70 Priscilliani, als Priscillianistæ.
- 71 Cum hominibus non manducantes.
- 72 Rhetoriani.
- 73 Christi diuinitatem passibilem dicentes.
- 74 Triformem deum putantes.
- 75 Aquam deo cœternam dicentes.
- 76 Imaginē dei non esse animā dicētes, Melitonij.
- 77 Innumerabiles mundos opinantes, Ophæi.
- 78 Animas conuerti in dæmones & in quæcumq; animalia existimantes, Tertullij.